περιοριστέα τῆς εὐνομίας ἡμῶν· κλιντήρες δὲ ἀργυροῖ, καὶ λεκάνας, καὶ ὀξύθαφα, καὶ (83) πινακίσκοι, καὶ τρυθλία· πρὸς ἐπὶ τούτοις σκευὴ ἀργυρᾶ τε καὶ χρυσᾶ, τὰ μὲν εἰς διακονίαν τροφῆς, τὰ δὲ καὶ εἰς ἄλλας τινὰς, αἰσχύνονται καὶ λέγειν, χρείας, κέδρου (84) τ' εὐκεάτοιο, καὶ θύου, καὶ ἐβένου, καὶ ἐλέφαντος τρίποδες ἡσυχρήνοιο, κλίνας τε ἀργυρόποδες, καὶ ἐλεφαντοκλίμητροι· χρυσοστοκτοὶ τε καὶ χελώνης πεποικιλμένοι (85) κοίτης κλισιάδες· στρωμνὰί τε ἀλουργαῖς καὶ ἄλλων χρωμάτων δυσπορίστων, ἀπειροκάλου τροφῆς τεκμήρια, φθόνου καὶ βλακείας ἐπίβουλα πλεονεκτήματα, παραπεμπτέα ἅπαντα· οὐδ' ἦντινοῦν ἀξιόλογον ἔχοντα σπουδῆν. « Ὁ γὰρ καιρὸς συνασταλμένος ἐστίν, » ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Τοῦτο ὑπολείπεται, μὴ γελοῖως σχηματισθῆναι καθάπερ ἐν ταῖς πομπαῖς ὁρῶνται τινες, ἐξωθεν κεχρισμένοι καταπληκτικῶς εἰς σεμνότητα, τὰ ἔνδον ἀθλοῖ. Τοῦτο δὲ διασαφῶν ἀκριθέστερον, ἐπιγὰγεν· « Λοιπὸν ἐστίν ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ᾧσιν (86)· καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες. » Εἰ δὲ ἐπὶ (87) γάμου ταῦτα, ἐφ' οὗ φησὶν ὁ Θεὸς, « Πληθύνεσθε· » πῶς οἴεσθε τὴν ἀπειροκαλίαν μὴ ἐξ αὐθεντείας Κυριακῆς ἐξοριστέαν; διὰ τοῦτο καὶ, « Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, » λέγει ὁ Κύριος, « καὶ πτωχοῖς δός, καὶ δεῦρο ἀκολουθεῖ μοι. » Ἐποῦ τῷ Θεῷ, γυμνὸς ἀλαζονείας, γυμνὸς ἐπικήρου πομπῆς· τὸ σὸν, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἀναφαίρετον μόνον, τὴν εἰς τὸν Θεὸν πίστιν, τὴν εἰς τὸν παθόντα ὁμολογίαν, τὴν εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαν κεκτημένος, κτήμα τιμαλφέστατον (88). Ἐγὼ δὲ (89) καὶ Πλάτων

⊕ P. 159 ED. POT., 161 ED. PAR. * I Cor. vii, 29, 50.

(85) *Kal. Abest a Nov.*

(84) *Κέδρου.* Ex Homeri *Odys.* E, vers. 69, quo Ulysses de domo Calypsus dicit :

..... Τηλέθ' δ' ἔδμη
Κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου ἀνὰ νῆσον ἐδώδει
Δαιομένων.....

..... *Procul autem odor
Cedri fissilis, thurisque per insulam redolebat
Ardentium.....*

(85) *Χελώνης πεποικιλμένοι.* Legendum videtur χελώνης πεποικιλμένοι, ut *Pædag.* c. 41. Vel χελώνη, aut χελώναις πεποικιλμένοι. Vulgata certe lectio structuram habet duriores. SYLBERG.

(86) *ᾧσιν.* Quædam hic omittit Clemens. Quæ sequuntur ex Evangelio, διὰ μνήμης recitat.

(87) *Εἰ δὲ ἐπ.* Sic apud Tertullianum *De cultu feminarum* cap. 9 : « Non enim utemur nostris? quis autem prohibet uti? Secundum Apostolum tamen, qui nos uti monet mundo isto, quasi non

A argenteæ, pelves et acetabula, scutellæ et catini, et præterea vasa aurea et argentea, nonnulla quidem ad ciborum ministerium, alia vero ad alios usus, quos me pudet dicere, ex sectili cedro, thyo eboreque, et ebore instructi tripodes, lectique argenti pedes et ex ebore compacti, auroque interspersæ et testudine variatæ cubilis valvæ, et stragulæ vestes purpureæ, et aliorum colorum paratu difficilium, insolentium deliciarum argumenta, invidiæ mollisque ignaviæ insidiosa commoda, sunt omnia amandan' a, ut quæ nihil habeant propter quod sit jure in eis multum studii ponendum : « Tempus enim contractum est, » ut dicit Apostolus. Hoc ergo restat, ne habitum quempiam præ nobis ridicule feramus : quemadmodum in pompis videntur nonnulli extrinsecus ita uncti et obliti ad gravitatem, ut stuporem et admirationem incutiant, intus autem sunt plane miseri. Hoc itaque explicans accuratius, subjunxit : « Reliquum est, ut et qui habent uxores sint tanquam non habentes, et qui emunt, tanquam non possidentes ». Quod si hæc dixit de conjugio, de quo dixit Deus : « Multiplicemini », quomodo putatis insolentiam non esse ex auctoritate Domini exterminandam? Quocirca dicit etiam Dominus : « Vende quæ habes, et da pauperibus, et huc me sequere ». Sequere Deum nudus ab arrogantia, nudus a pompa momentanea, quod tuum est, quod bonum est, quod auferri non potest, in Deum fidem, in passum confessionem, beneficentiam in homines possidens : quæ quidem est possessio pretiosissima. Ego autem laudo etiam Platonem, qui lege lata aperte decernit, quod neque, ut opes aureas et argenteas habeas, laborare oportet, neque vas inutile, quod non cum usu necessario moderatum quoque sit, ut sit idem ad multa accommodatum : multiplex autem et varia possessio tollatur. Pulcherrime itaque alicubi 70 dicit divina Scriptura ad eos, qui sunt sui amantes et arrogantes, verba dirigens : « Ubi sunt, qui gentibus imperabant, et qui dominabantur feris, quæ sunt super terram? qui in cæli avibus illudebant; qui argenti et auri thesauros congregabant, in quibus homines habe-

b Gen. i, 28. c Matth. xix, 21; Marc. x, 21; Luc. xviii, 22.

abutamur. Præterit enim habitus hujus mundi. Si ergo uxores quoque ipsas sic habendas demonstrat, tanquam non habeantur, propter angustias temporum, quid de vanis his instrumentis earum? COLLECT.

(88) *Κτήμα τιμαλφέστατον.* Phrasis poetica. Lycophron *Cassandra* vers. 564 :

Ἐξ οὐρανοῦ πεσοῦσα καὶ θρόνων Διὸς,
Ἄνακτι πάπῳ κτήμα τιμαλφέστατον.
*E cælo delapsa, Jovisque solio,
Avo regi res pretiosissima.*

(89) *Ἐγὼ δέ.* Clarius videtur ferri lex ista lib. v *De legibus* : Νόμος ἐπεταὶ πᾶσι τούτοις μηδ' ἐξεῖναι χρυσόν, μηδὲ ἀργυρον κεκτηθῆναι μηδὲνα μηδὲν ἰδιώτη. « Ne cui privato aurum argentumve possidere fas estio. » COLLECT.

(90) *Οἱ τό.* Καὶ τό, Baruch. Mox, ἐπεπείθυσαν, Ibid. et Nov. Dein, ὅτι οἱ τὸ ἀργύριον, Baruch. Dein, καὶ οὐκ ἐστιν ἐξ Ibid.

bant fiduciam, et non est finis acquisitionis eorum? A qui aurum et argentum fabricabantur, et erant solliciti? Non est inventio operum eorum: evanuerunt, et ad inferos descenderunt. » Hæc est merces arrogantis superbie. Si nobis enim agrum colentibus, ligone et aratro opus est, ligonem autem argenteum falcemque auream nemo fabricari solet, et materia, quæ apta sit ad opus faciendum, non quæ sit dives, in agricultura utimur: quid vetat, quominus in vasis quoque domesticis idem sentiant, qui quod est simile considerant? quorum modus sit usus, non sumptus magnificentia. Quid enim, dic quæso, qui in mensa ponitur gladiolus, si clavos non habuerit argenteos, vel non fuerit factus ex ebore capulus, non scindit? An ad carnem dividendam Indicium ferrum nobis fabricandum est, auxilium veluti quoddam contra hostem evocantibus? Quid vero si fuerit pelvis fictilis, an ablutarum manuum sordes non excipiet? et vas fictile, quo pedes lavantes, pedum sordes? Ergone etiam ✠ indigne feret mensa, quæ est pedibus eburneis instructa, si panem unius oboli portaverit? neque vero lumen lucernæ ministrabit, quod sit figuli opus, non aurificis? Ego autem dico, vel humile grabatum nihilo deteriore præbere accubitum, quam lectum eburneum. Cum autem ad substernendum sit satis pellim, adeo ut purpureis aut puniceis non sit opus, propter primarum, quæ exitium attulerunt, deliciarum stultitiam, nihilo secius condemnare frugalitatem, quis tantus error et vana pulchri persuasio? Videte: Christus in vili catino cibum sumpsit, et fecit discipulos super herbam accumbere, et pedes eorum lavit, linteo accinctus, a fastu alie-

✠ P. 190 ED. POTTER, 162 ED. PARIS.

(91) *Ἦν ἔργων*. Repositum e Pal. ms. pro vulg. *τῶν λόγων*. — SYLBERG. Consentiant Nov., Reg., Bod.

(92) *Εὖ γάρ τοι*. Tertullianus *De habitu muliebri* c. 5: « Quod de qualitate usus gloria est auro, et argento, at quin magis ferro et æri, quorum ita disposita est utensilitas, ut et proprias operas plures, et necessarie exhibeant rebus humanis, et nihilominus auri et argenti de sua vice accommodent justioribus causis. Nullus videns aurum demersit in terram, nullus clavos aurum intinat tabulis. Taceo totius vitæ necessitates ferro et æri innixas. » COLLECT.

(93) *Δικέλλης*. *Διακενῆς* Nov.

(94) *Ὁὐ πλουσίως*. *Ὁὐ πλησίως* Nov. Scribâ possit *ὁ πλουσίως*, ut respondeat τῷ εὐεργῷ.

(95) *Πορφυρίδων ἢ φοινικ.* Pal. ms. transpositis vocabulis, *φοινικίδων ἢ πορφυρίδων*. SYLBERG. Consentiant Reg. et Bod.

(96) *Κατέγνωσθαι*. Η. κατέγνωσσαι, indicat. modo, signif. activa. SYLBERG. — Perperam, nam κατέγνωσθαι referri debet ad φημί superius positum. Sensus est: « Cum autem pelvis ad substernendum abunde sufficiat, adeo ut nec purpureis, nec puniceis opus sit, tamen eam per deliciarum, a quibus mali origo est, vesaniam præ vilitate » dico « condemnari. Quis demum sit hic tantus error, quæ pulchritudinis opinio, videte. »

(97) *Τρυβλίω*. Prisci illi Græci et Latini vasis fictilibus ac ligneis domi utebantur, cum autem alia pretii majoris publice non possiderent, ea demum in sacrificiis adhibere cogebantur. Tametsi vero tractu temporis ubi gentium opes in immen-

τακταίνοντες, καὶ περιμυῶντες, οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις τῶν ἔργων (91) αὐτῶν. ἤφανίσθησαν, καὶ εἰς ἄδου κατέβησαν. « Οὗτος τῆς ἀπειροκαλίας ὁ μισθός. Εὖ γάρ τοι (92) γεωργῶσιν ἡμῖν, δικέλλης (93) ἐστὶ χρεῖα, καὶ ἀρότρου· μακέλλην δ' οὐκ ἔν τις ἀργυράν, οὐδὲ ἄμην χρυσὴν χαλκεύει, τῷ δὲ εὐεργῷ τῆς ὕλης, οὐ πλουσίως (94) εἰς γεηπονίαν συγχρόμεθα· τί κωλύει καὶ περὶ τὰ σκεύη τὰ ἐνοικίδια τὴν αὐτὴν ἔχων διάνοιαν τοὺς τοῦ ὁμοίου θεωρητικούς; ὧν μέτρον ἢ χρεῖα, μὴ ἢ πολυτέλεια γινέσθω. Τί γάρ, εἰπέ μοι, τὸ μαχαίριον τὸ ἐπιτραπέζιον, ἢν μὴ ἀργυρόβλητον ἢ, ἢ ἐξ ἐλέφαντος παποιημένον τὴν λαβήν, οὐ τέμνει; ἢ ἐπὶ τὴν μοῖραν τοῦ κρέως Ἰνδικὸν σιδήρον χαλκευτέον, καθάπερ συμμαχικόν τι παρακαλοῦντας; Τί δέ; εἰ κεραμοῦν εἶη τὸ χειρὶθιον, οὐδέξεται τὴ ἀπόνημα τῆς χειρὸς; οὐδὲ ὁ ποδονιπτῆρ τὸ ἀπόνημα τοῦ ποδός; Ἀναξιοπαλήσει δὲ ἄρα καὶ ἡ τράπεζα ἢ ἐξ ἐλέφαντος τοὺς πόδας ἐσκευασμένη, ἄσολιασθον βασταζούσα; οὐδὲ μὴν ὁ λόγχος διακνήσει τὸ φῶς, ὅτι κεραμένιος, οὐ χρυσοχόου ἔργον ἔστιν; Ἐπὶ δὲ φημι καὶ τοὺς σκίμποδας οὐδὲν κακίω παρεχομένους κατάκλιτον, τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης. Τῆς δὲ σισύρας ἱκανωτάτης οὐσης ὑπεστρωῶσθαι, ὥστε μὴ δεῖσθαι πορφυρίδων ἢ φοινικίδων (95), κατεγνώσθαι (96) ὁμοίως τῆς εὐτελείας δι' ἀβελτερίαν ἀρχαϊκῶν τρυφῆς· τίς ἢ ποσαύτη πλάνη, τίς ἢ δοξοκαλία; Ὅρατε· ὁ Κύριος τρυβλίω (97) ἐπόψατο (98) εὐτελεῖ, καὶ κατέκλιτο τοὺς μαθητάς ἐπὶ τῆς πίνας χαμαί· καὶ τοὺς πόδας ἐνιπτεν αὐτῶν σαβάνω (99) περιζωσάμενος ὁ ἄτυφος Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων (1)· οὐκ ἀργυροῦν δὲ ποδονιπτῆρα περιφέρων (2) ἀπ' οὐρανοῦ· καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν ἤπει πειθὴν σκεύει κεραμεῖον τοῦ φρέατος ἀνιμῶσαν, οὐκ ἐπιζητῶν τὸ βασιλικὸν χρυ-

a Baruch. iii, 16, 17, 18, 19.

sum crescerent, ea tamen vasa, quibus antiquitas necessario sacra faciebat in solemnibus ceremoniis plerumque remanserunt. Plinius lib. xxxv, cap. 12. Cicero *De legibus* II: Ad divos caste advenito, pietatem adhibento, opes amovento. Deinde locum hunc de vili catino subjungit Brodæus lib. iv *Miscellan.*, cap. 19; idem Chrysostomus hom. 51 in Matthæum. COLLECT.

(98) *Ἐπόψατο*. Rectius ἐπιόψατο. SYLBERG. — In marg. Reg. et Bod. aliquis hæc adnotavit: Ἐπόψατο, ἀντὶ τοῦ εἰς ὄψον ἐχρήσατο.

(99) *Σαβάνω*. Hermas *Pastor*. lib. iii, simil. viii c. 4: « Succinge te sabano, et ministra mihi. Succinxi me sabano mundo, quod factum erat ex sacco. » Ubi Cotelerius hæc adnotavit: « Sabanus, » usitata vox Græcis, apud quos, teste Isidoro lib. xix, cap. 26, nata est; indeque Latinis, ac Hebræorum Rabbiniis. Exponitur autem « linteum, » seu « linteamen, » in Glossis, in antiquo Scholiaste Juvenalis ad Sat. xiv, 22, et in Victore Vitensi lib. v *De persecutione Africana*. Clemens Alexandrinus *Pædagog.* II, utens testimonio Joannis, xii, 4, ubi Dominus præcingit se linteo, pro λευτίω habet σαβάνω. Unde in Lexico Græco-Latino veteri: *Σάβανω*, « Sabanum, linteum: » et perperam faciunt, qui « linteum substituunt. »

(1) *Ὁ ἄτυφος Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων*. Insigne testimonium contra Arianos, nam ὁ Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων, quibus titulis Christum ornât, apud veteres semper est supremus Deus.

(2) *Περιφέρων*. Φέρον Nov.

σίον· σθενύουσι δὲ τὸ εὐχόμενος διδάσκων· Ἀ σκοπὸν γὰρ τὴν χρδαίαν ἐτίθετο, οὐ τὴν ἀπειραγαθίαν. Ἡσθίεν δὲ καὶ ἔπινεν παρὰ τὰς εὐωχίας, οὐ γῆς ἐξορύττων μέταλλα, οὐδὲ ἀργύρου (5), καὶ χρυσοῦ, τοῦτ' ἐστὶν ἰοῦ, προσόζουσι σκευαρίους χρώμενος· οἶον ἀναπνεῖ τῆς τετυφωμένης ὕλης ὁ ἰός. Καθόλου γὰρ, καὶ τὰς τροφὰς, καὶ τὰς ἐσθῆτας, καὶ τὰ σκεύη, καὶ τὰλλα πάντα τὰ κατὰ τὸν οἶκον συλλέθουσαν λέγω, ἀκόλουθον εἶναι ταῖς ἐνστάσεσιν τοῦ Χριστιανοῦ (4) δεῖ, κατὰ τὸ πρόσφορον οἰκιοῦμενον τῷ προσώπῳ, τῇ ἡλικίᾳ, τῇ ἐπιτηδεύσει, τῷ καιρῷ. Ἐνός γὰρ ὄντας θεράποντας Θεοῦ (5), χρῆ καὶ τὰ κτήματα, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς ἐπιπλα, ἐνός ἐπιδείκνυσθαι σύμβολα βίου καλοῦ, καὶ τὸν καθ' ἓνα τῶν ἀνθρώπων ἀδιακρίτω πίστει, τῇ μονοπροσώπῳ ταύτῃ ἐνστάσει, τὰ ἐξῆς ἀκόλουθα καὶ σύμφωνα τῇ διαθέσει· τῇ μὲν φαίνεσθαι ποιοῦντα. Ἄ δὲ καὶ κτόμεθα μὴ χαλεπῶς, καὶ χρώμενοι εὐχόμενος, ἐπαινοῦμεν, φυλάττομεν βραδίως, καὶ κοινωνοῦμεν εὐχόμενος αὐτῶν· ἀμείνω δὲ τὰ χρήσιμα· βελτίω δὲ δήπουθεν τὰ εὐτελέστερα τῶν πλουσίων. Τὸ δὲ ὅλον ὁ πλοῦτος οὐκ ὀρθῶς κυβερνώμενος, ἀκρόπολις ἐστὶ κακίας· περὶ δὲ ὀφθαλμιῶντες οἱ πολλοὶ, οὐκ ἄν ποτε εἰς τὴν βασιλείαν (6) παρεσέλθοιεν τῶν οὐρανῶν· νοσοῦντες μὲν περὶ (7) τὰ κοσμικὰ, ὑπερηφάνως δὲ ζῶντες διὰ τὰς τροφὰς. Χρῆ δὲ προσιληφέναι τοὺς περὶ σωτηρίᾳ σπεύδοντας, ὡς ἄρα χρήσεως μὲν ἔνεκεν ἢ πᾶσα ἡμῖν (8) κτήσις· αὐταρκείας δὲ χάριν ἢ κτήσις (9), ἦν καὶ ἐξ ὀλίγων ἂν τις περιποιήσαιτο. Μάταιοι γὰρ οἱ δι' ἀπληστίαν ἐπ' αὐτοῖς χαίροντες κειμηλίους· « Ὁ δὲ συνάγων τοὺς μισθοὺς, ἰ φησὶ, « συνήγαγεν εἰς δεσμὸν τετυφωμένον. » Οὗτος (10) ἐστὶν ὁ συνάγων καὶ ἀποκλείων τὸν σπόρον, καὶ ἐλαττούμενος, ὁ μηδὲν μεταδιδούς. Χλευῆ δὲ καὶ γέλως πλατὺς, οὐροδόχας ἀργυρᾶς καὶ ἀμίδας ὑελᾶς ἐπιφέρεισθαι τοὺς ἄνδρας, καθάπερ ἐπάγονται τοὺς συμβούλους τοὺς ἑαυτῶν· καὶ τὰς πλουτούσας ταύτας ἀλόγως (11) γυναῖκας χρυσοῦ ποιεῖσθαι τῶν ἐκκρίσεων τὰ ἐκδοχέα, ὡς μηδὲ ἀποτρίψασθαι ἐξὸν ταῖς πλουσίαις, μὴ τετυφωμένως. Ἡυξάμην δ' ἂν αὐτοῖς παρ' ὅλον τὸν βίον σκυθάλων ἀξιὸν κρίνεσθαι τὸ χρυσίον. Νυνὶ δὲ ἡ ἀκρόπολις τῆς κακίας (12), ἡ φιλαργυρία εὔρηται, ἦν ὁ

⌘P. 191 ED. POTTER. ^a Agg. 1, 6.

(5) Οὐδὲ ἀργ. Sic distingue: Οὐδὲ ἀργύρου· καὶ χρυσοῦ, τουτέστιν ἰοῦ προσόζουσι, σκευαρίους χρ. « Nec argenteis et aureis. hoc est rubiginem olentibus, vasculis utens. »

(4) Τοῦ Χριστιανοῦ. Congruentius τὸν Χριστιανόν, accusativo casu. SYLBERG.— Nisi potius id, vel aliud ejusmodi substantivum, quocum vox ἀκόλουθον cohæreat, subintelligendum sit. Nam hujus periochæ sensus sic se habet: « Nam in summa, et quoad cibos, et quoad vestes, et quoad vasa, et, ut verbo omnia complectar, quoad reliqua, quæ in domo sunt, omnia, Christiani hominis instituto conformem esse oportet, prout convenit personæ, ætati, studio ac tempori accommodatum. »

(5) Θεοῦ. Χριστοῦ Pal. ms. SYLBERG.

(6) Βασιλείαν. Respicit Christi dictum in divitem, Matth. XIX, 23, 24.

(7) Περὶ. Hanc particulam inserui e Pal. ms. SYLBERG.— Consentiant Nov., Reg., Bod.

(8) Ἡμῖν. Ἡμῶν Nov.

nus Deus et Dominus omnium, sanc non argenteum lavacrum e cælo deferens: et a Samaritana potum petiit, quæ aquam vase fictili hauriebat e puteo, aurum regale non requirens, sitim autem docens facile restinguere. Scopum enim constitutebat usum, non inutilem magnificentiam. In conviviiis autem comedebat et bibebat, non e terra metalla effodiens, neque auri et argenti, hoc est rubiginem redolentibus vasculis utens: quodammodo enim spirat e superbiente materia rubigo. In summa enim et alimenta, et vestes, vasa et supellectilem, et quæcumque in domo sunt, atque ipsam, ut semel dicam, vitam, oportet esse consentaneam rectæ Christiani hominis institutioni, prout conducibile fuerit, accommodatam personæ, ætati, studio ac tempori. Cum enim simus unius Dei ministri, oportet et possessiones, et quæ est in eis supellectilem, unius honestæ vitæ signa ostendere, et unumquemque hominem certa fide, huic uniformi institutioni ea, quæ consequuntur, consentanea, et huic uni proposito convenientia videri facere. Quæ autem non difficulter acquirimus, ea, dum eis facile utimur, laudamus, et facile custodimus, et facile communicamus: meliora ⌘ autem sunt, quæ utilia. Quæ sunt utique viliora, ea sunt etiam meliora divitibus. In summa, divitiæ, quæ non recte administrantur, sunt arx vitii ac sceleris: quibus multi oculos adjicientes, cælorum regnum nunquam ingredi poterunt; rerum quidem mundanarum desiderio ægri, arroganter autem præ deliciis viventes. Oportet autem eos qui contendunt ad salutem, hoc animo antea præcepisse, quod usus quidem causa nobis sit universa possessio; sufficientiæ autem gratia possessio, quam etiam ex paucis quispiam paraverit. Vani enim sunt, qui præ insatiabilitate delectantur possessionibus, quas tantum servant, ac recondant. « Qui autem cogit, » inquit, « mercedes, coegit in nodum perforatum ^a. » Is autem est, qui cogit sementem, et excludit, et detrimento afficitur, qui nulli impertitur. Res est autem plane ridicula, et digna maxime quæ ludibrio habeatur, quod viri argentea urinæ rece-

(9) Ἡ κτήσις. Scribendum ἢ χρῆσις. Sensus enim est, « possessionem omnem esse gratia usus, usum autem gratia » τῆς αὐταρκείας, « quam ex paucis quisquam conciliare poterit. »

(10) Οὗτος. Sensus est: « Hic est, qui frumentum colligit, et horreo suo claudit, et tamen pauperior fit, qui scilicet nemini impertit. » Respicit Prov. XI, 24, 26: Εἰσὶν, οἳ, τὰ ἴδια σπείροντες, πλείονα ποιῶσιν: εἰσὶ δὲ καὶ οἳ, συνάγοντες, ἐλαττοῦνται. Ὁ συνέγων σῖτον ὑπολείπειτο αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν, εὐλογία δὲ εἰς κεφαλὴν μεταδιδόντος.

(11) Ἀλόγως. Ἀλόγως legit interpretes.

(12) Ἡ ἀκρόπολις τῆς κακίας. Alludere videtur ad sententiam Bionis sophistæ apud Stobæum tit. 40, qui τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι, « Avaritiam dicebat esse omnis impobitatis metropolim. » Phœcyclides:

Ἡ φιλαργυριστὴν μήτηρ κακότητος ἀπάσης.

ptacula, et vitreas matulas inferant, quemadmodum suos introducunt consiliarios: et hæc, quæ sine ratione sunt, divites mulieres, ex auro excrementorum faciant receptacula, ut ne egerere quidem eis liceat absque superbia. Vellem quidem eos per totam vitam aurum stercora existimare. Nunc autem arx vitii inventa est pecuniæ cupiditas, quam Apostolus dicit esse « radicem omnium malorum: quam quidam appetentes, a fide aberrarunt, et seipsos confixerunt multis doloribus ». Veræ autem divitiæ sunt, paupertas cupiditatum: et vera animi magnitudo est, non propter divitias magnos spiritus sumere, sed eas despiciere. De suppellectile autem et eis studium suum ponere æquum est, quæ volenti licet vel e foro emere. Sapientia autem emi non potest terreno numismate; nec in foro, sed in cælo immortalis, regali aureo.

✠ CAP. IV.

Quomodo in conviviis se recreare oporteat.

A convivio autem rationali absit comessatio: quin etiam inanes vigilæ, quæ de petulantia sibi placent. Est enim hæc comessatio, tibia inebrians, extemporalis amatorii pontis impotentia catena. **¶** Amor autem, et ebrietas, et quæ ratione carent affectiones, a nostro choro præcul amandentur. Una autem cum petulantia in comensatione versatur ridicula cantilena: in potu vero vigilæ ebrietatem accersunt, et excitant libidinem, et sunt ad turpia facienda audaces. Sin autem in tibiis, et psalteriis, choris et saltationibus, et plausibus Ægyptiorum, et dissolutis ejusmodi otis studiose versentur, valde immodesti, et a bona disciplina alieni evaserint, utpote quos cymbala et tympana circumsonent, et fraudis instrumenta circumstrepant: plane enim, ut mihi videtur, ejusmodi convivium est ebrietatis theatrum. « Cum enim tenebrarum opera exuerimus, induere arma lucis » vult Apostolus, « ut in die decore ambulantes, non in comensationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et in impudiciis versantes ». Fistula itaque tribuatur pastoribus: tibia autem superstitionis hominibus, qui ad cultum idolorum contendunt. Revera enim hæc instrumenta sunt a sobrio convivio amandanda, quæ magis bestiis quam hominibus conveniunt, et iis hominibus, qui a ratione sunt alieniores. Cervas enim fistulis demulceri accepimus, et in laqueos inter venandum cantu duci a venatoribus. ✠ Equis autem coeantibus,

✠ P. 192-195 ED. POTTER, 165-164 ED. PARIS.

(15) Ἀπάντων. Πάντων apud Paulum. Mox, ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως. COLLECT.

(14) Ἀπέστω. Ἀντὶ τοῦ ἐξιστασθῶ, ἀναχωρεῖτω. Scholiastes in marg. Bod., Reg.

(15) Ὁ μὲν . . . ὁ κῶμος. Hoc est, « Hæc enim comessatio est tibia inebrians, oberratio ratis amatorie, nempe mæroris. » Sed pro ἄλλος, quod prior editiones exhibent, vel ἄλλος, quod posteriores, ἄλλοις, « catena, » cum Herveto interpreti, tum etiam, teste Sylburgio, A. et H. placuit.

(16) Καί. Abest a Nov. Mox, παρωδία pro παρωδία idem exhibet.

(17) Παρωδία. Hervetus interpretes dativo casu

Ἀπόστολος «ρίζαν ἀπάντων (15) εἶναι τῶν κακῶν» φησὶν· «ἤς τινες ὀρεγόμενοι, ἀπεπλανήθησαν τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύνας πολλαῖς.» Πλούτος δὲ ἄριστος ἢ τῶν ἐπιθυμιῶν πένια· καὶ ἢ μεγαλοφροσύνη ἢ ἀληθῆς οὐ τὸ ἐπὶ πλούτῳ μεγαλοφρονεῖν, τούτου δὲ καταφρονεῖν. Τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς σκεύεσι μεγαλαυχεῖν αἰσχρὸν κομιδῆ· οὐ γὰρ σπουδάζειν ἐστὶ περὶ τούτων πᾶν δίκαιον, ἢ καὶ ἐξ ἀγορᾶς τῷ βουλομένῳ ἐξεστὶν ὀνήσασθαι. Σοφία δὲ οὐκ ὀνήτη νομίσματι γῆνῳ, οὐδ' ἐν ἀγορᾷ, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πιπράσκεται· καὶ πιπράσκεται νομίσματι δικαίῳ, τῷ λόγῳ τῷ ἀφθάρτῳ, τῷ βασιλικῷ χρυσίῳ. vasis se jactare est perquam turpe: non enim in venditur: et justo nummo venditur, nempe Logo

B

ΚΕΦ. Δ'.

Πῶς χρὴ περὶ τὰς ἐστιώσεις ἀνίστασθαι.

Ἀπέστω (14) δὲ ἡμῖν τῆς λογικῆς εὐωχίας ὁ κῶμος· ἀλλὰ καὶ αἱ παννουχίδες αἱ μάταιαι, ἐπὶ παρωνία κομιῶσαι· ὁ μὲν γὰρ ἐστὶ μεθυστικὸς αὐλῆς ἄλλος ἐρωτικῆς σχεδίας, τῆς ἀδημονίας, ὁ κῶμος (15)· ἔρως δὲ, καὶ μέθη, καὶ (16) τὰ ἀλόγιστα πάθη, μακρὰν ἀπόκλιται τοῦ ἡμεδαποῦ χοροῦ. Σύγκωμος δὲ παρωδία τίς ἐστὶ παρωνία (17)· ἢ παννουχίς δὲ ἐπὶ πότῳ μέθης ἐκκλητικὴ καὶ συνουσίας ἐρεθιστικὴ· τόλμα αἰσχροποιός. Εἰ δὲ ἐν αὐλοῖς καὶ ψαλτηρίοις, καὶ χοροῖς, καὶ ὀρχήμασι, καὶ κρότοις Αἰγυπτίων, καὶ τοιαύταις βραθυμίαις ἄλλοι (18) ἀτάκτοις, καὶ ἀπρεπεῖς καὶ ἀπαίδευτοι κομιδῆ γίγνονται ἂν, κυμβάλοις καὶ (19) τυμπάνοις ἐξηχούμενοι, καὶ τοῖς τῆς ἀπάτης (20) ὄργανοις περιψοφούμενοι· ἀτεχνῶς γὰρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, θέατρον μέθης τὸ τοιοῦτον γίνεται συμπόσιον. « Ἀποθεμένους γὰρ ἡμᾶς τὰ ἔργα τοῦ σκότους, ἐνδύσασθαι τὰ ὄπλα τοῦ φωτός » ἀξιοὶ ὁ Ἀπόστολος, « ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατοῦντας, μὴ κῶμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις » σχολάζοντας. Σύριγξ μὲν οὖν ποιμέσιν ἀπονενεμήσθω· αὐλῆς δὲ ἀνθρώποις δεισιδαίμοσιν, εἰς εἰδωλολατρείας σπεύδουσι. Καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀποπεμπέα τὰ ὄργανα ταῦτα νηφαλίου συμπόσιου, θηρίοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις κατάλληλα, καὶ ἀνθρώπων τοῖς ἀλογωτέροις. Τὰς μὲν γὰρ ἐλάφους ταῖς σύριγξι κηλεῖσθαι παρειλήφαμεν, καὶ ἐπὶ τὰς πιδάγρας, πρὸς τῶν κυνηγῶν θηρευομένας, ἀγεσθαι τῷ μέλει· ταῖς δὲ ἵπποις μιγνυμένας, οἷον ὀρέματιος, ἐπαυλεῖ-

« I Tim. vi, 10. » Rom. xiii, 12, 15.

legit παρωνία, « cum petulantia in convivio. » SYLBURG.

(18) Ἄλλοι. Ἀντὶ τοῦ ἐνευκαιρεῖ, ἐμμέριμνός ἐστι, διὰ φροντίδος ἔχει, ἐνασχολεῖται. Scholiastes in marg. Bod., Reg.

(19) Ἀπρεπεῖς . . . κυμβάλοις καί. Hæc e Nov. exciderunt propter καὶ repetitum.

(20) Τῆς ἀπάτης. Hoc est, idololatriæ, quam ἀπάτην vocare solet. Etenim cymbala, tympana, et reliqua ejusmodi instrumenta in Bacchi aliorumque deorum festis adhiberi solebant: unde paulo post αὐλῶν tribῆναι jubet τοῖς δεισιδαίμοσιν, εἰς εἰδωλολατρείας σπεύδουσι.

σει (21) νόμος αὐληδίας· ἰππόθορον τοῦτον κεκλήχασιν οἱ μουσικοὶ (22). Πᾶσαν δὲ ἀπαξιαπλῶς (25) ἀνελεύθερον ἔψιν τε καὶ ἀκοήν, καὶ συνελόντι φάναι, αἰσθησιν ἀκρασίας αἰσχρᾶν, τὴν ὡς ἀληθῶς ἀναίσθησίαν, ἐκκοπέον εὖ μάλα, τὴν ἐν ὄμμασι καὶ ἐν ὠσὶ γαργαλιζούσαν καὶ ἀποθηλύνουσαν ἡδονὴν εὐλαβουμένους· μελῶν γὰρ τοι κατεαγῶτων, βυθμῶν γοερῶν τῆς μουσικῆς τῆς Καρικῆς (24), αἱ ποικίλαι φαρμακεῖαι διαφθείρουσι τοὺς τρόπους, ἀκολάστῳ καὶ κακοτέχνῳ μουσικῇ εἰς πάθος ὑποσύρουσαι (25) τοῦ κόμου τούτου. Τὴν λειτουργίαν δὲ τὴν θεϊκὴν διαχωρίζων (26), ψάλλει τὸ Πνεῦμα· « Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος· » καὶ γὰρ ἐν ἤχῳ σάλπιγγος (27) ἀναστήσει τοὺς νεκρούς. « Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ· » ὅτι ἡ γλῶττα τὸ ψαλτήριον Κυρίου· « Καὶ ἐν κιθάρᾳ αἰνεῖτε αὐτόν· » κιθάρα νοεῖσθω τὸ στόμα, οἷον ἐπὶ κτῆρι κρουόμενον τῷ Πνεύματι. « Ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ αἰνεῖτε αὐτόν· » τὴν Ἐκκλησίαν λέγει τὴν μελετήσασαν τῆς σαρκὸς (28) τὴν ἀνάστασιν ἐν ἤχοῦντι τῷ δέρματι. « Ἐν χορδαῖς καὶ ὄργανῳ αἰνεῖτε αὐτόν· » ὄργανον (29) τὸ σῶμα λέγει τὸ ἡμέτερον, καὶ χορδὰς τὰ νεῦρα αὐτοῦ, δι' ὧν ἐναρμόνιον εἴληψε τὴν τάσιν· καὶ κρουόμενον (30) τῷ Πνεύματι τοὺς φθόγγους ἀποδίδωσι τοὺς ἀνθρωπίνους. « Αἰνεῖτε αὐτόν ἐν κυμβάλοις (31) ἀλαλαγμοῦ· » κύμβαλον τοῦ στόματος τὴν γλῶτταν λέγει, ἣ τοῖς κρουόμενοις ἐπιχειρεῖ χεῖρασι· διὰ τοῦτο ἐπεφώνησεν τῇ ἀνθρώποισι· « Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον· » ὅτι πᾶσαν, ἣν ἐποίησεν, ἐπεσκέψατο πνοήν. Εἰρηγικὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ὄργανον ὁ ἄνθρωπος ἐστίν. Τὰ δ' ἄλλα, ἣν πολυπραγμονῆ τις, ὄργανα εὐρήσει πολεμικά, εἰς τὰς ἐπιθυμίας ἐκφλέγοντα, ἢ τοὺς ἔρωτας

✠ P. 195 ED. POTTER. * Psal. cl., 3, 4, 5.

(21) *Ἐπιουλεῖται*. Excerpta ms. ὑπαυλεῖται· et mox, τοῦτο κεκλήχασιν neutro genere. SYLBERG. — Τοῦτο exhibent etiam Bod., Reg.

(22) *Μουσικοὶ*. Musica delectari cervos, et tibiis, et cantionibus, quæ equabus accinantur dum ineuntur, meminit Plutarchus libro vii *Symposiac.*, capite 5, et in *Præceptis nuptialibus*. Muretus ex Gothicarum rerum scriptoribus narrat ursos ita delectari tibiarum sono, ut cum in pastores impetum facturi sunt, sæpe ab eis cantu mulceantur, libro xii *Var. lection.*, cap. 15. Olaus Magnus libro xviii, cap. 51, *De gentibus Septentr.* Quin et Ælianus lib. ii *De animalibus*, cap. 28, Pythocharem tradit tibiicinem concitato vehementi tibiæ sono luporum impetum cohibuisse. COLLECT.

(25) *Ἀπαξιαπλῶς*. Ἀκρασίαν Nov. Mox, pro αἰσθησιν ἀκρασίας αἰσχρᾶν, idem exhibet αἰσθησιν αἰσχρᾶν ἀναίσθησίας.

(24) *Καρικῆς*. Carum musica flebilibus modis constabat. Pollux lib. x, c. 10 : Λέγεται δὲ καὶ Φρύγας εὐρεῖν αὐτὸν θρηνητικόν, ᾧ κεχρησθαι τοὺς Κάρας παρ' ἐκείνων λαβόντας· θρηνώδες γὰρ τὸ αὐλημα τὸ Καρικόν. « Fertur enim Phrygas tibiā lugubrem invenisse, qua ab illis accepta Cares utuntur; nam tibiæ cantus, qua Cares utuntur, lugubris est. » Unde mox dicit : Φρύγας δὲ τις αὐλίσκος γλώδη καὶ θρηνητικὴν φωνὴν ἀφίησιν· Φοῖνιξ μὲν ἂν τὴν εὐρεσίαν, πρόσφορος δὲ μουσικῇ τῇ Καρικῇ. * Est et quædam tibia Gingras, lugubrem et flebilem vocem fundens : Phœnicea quidem quoad originem, Caricæ vero musæ persimilis. »

(25) *Εἰς πάθος ὑπο.* Quæ sequuntur, hoc modo

veluti quidam hymenæus, tibia carmen canitur : id autem ab incitandis equis musici appellarunt ἰππόθορον. Omne autem turpe spectaculum, omnemque turpem auditionem, et, ut summam dicam, turpem omnem sensum intemperantiæ, quæ revera quidem est sensus privatio, maxime oportet nos exscindere, voluptatem, quæ oculos et aures titillat ✠ et effeminat, caventes : fractorum enim cantuum, et flebilium Caricæ musæ modorum varia veneficia mores corrumpunt, intemperanti et pravo musicæ artificio ad hujus comessationis perturbationem trahentes. Divinum autem ministerium ab his separans, psallit Spiritus : « Laudate eum in sono tubæ : » in sono enim tubæ suscitabit mortuos. « Laudate eum in psalterio, » quoniam lingua est psalterium Domini. « Et in cithara laudate eum : » per citharam os intelligatur, quod Spiritu, tanquam plectro, pulsatur. « In tympano et choro laudate eum : » dicit Ecclesiam, quæ resurrectionem carnis meditari solet in pelle resonante. « In chordis et organo laudate eum : » organum dicit corpus nostrum, et chordas ejus nervos, per quos numerose intenditur, et Spiritu pulsatum, voces edit humanas. « Laudate eum in cymbalis jubilationis : » oris cymbalum dicit linguam, quæ pulsatis labris resonat : et ideo humanæ naturæ acclamavit : « Omnis spiritus laudet Dominum : » quoniam omnis spiritus, quem fecit, curam gessit. Vere enim pacificum instrumentum homo est. Alia autem, si quis curiosius inquirat, instrumenta inveniet bellica, ad cupiditates inflammantia, vel amores incendientia, vel iram irritantia. In bellis ita-

scribenda videntur : εἰς πάθος ὑποσύρουσαι. Τοῦ κόμου δὲ τούτου τὴν λειτουργίαν τὴν θεϊκὴν δ. ψ. « In animi perturbationem subtrahentes. Cæterum ab hac comessatione, Spiritus divinum cultum distinguit, in Psalmis dicens, » etc.

(26) *Διαχωρίζων*. Hanc lectionem exhibent non solum posteriores Clementis editiones, sed etiam mss. Nov., Bod., Reg. Malim tamen διαχωρίζων neutro genere, quod habent Florent. et Sylburgianæ editiones : refertur enim ad τὸ Πνεῦμα. Quæ sequuntur e Psalmis, paulum mutavit Clemens.

(27) *Καὶ γὰρ ἐν ἤχῳ σάλπιγγος*. Hæc e Nov. exciderunt.

(28) *Τῆς σαρκός*. Abest a Nov.

D (29) *Ὄργανον*. Chrysostomus in psal. cl : Ἄλλ' ὡς περ οἱ Ἰουδαῖοι διὰ πάντων τῶν ὄργάνων, οὕτως ἡμῖν παρακελεύεται διὰ πάντων τῶν μελῶν ἀνυμνεῖν τὸν Θεόν, δι' ὀφθαλμοῦ, διὰ γλώσσης, δι' ἀκοῆς, καὶ διὰ χειρὸς· αἰνεῖ γὰρ καὶ ὀφθαλμὸς, ὅταν μὴ ἀκόλαστα βλέπῃ· καὶ γλῶττα, ὅταν ψάλλῃ. « Quemadmodum ergo Judæi per omnia instrumenta Deum laudabant, ita nobis præcipit eum per omnia membra laudare, per oculos, per linguam, per aures, et per manus. Laudat enim oculus, quando non in-tuetur impudice : et lingua, cum psallit. » COLLECT.

(30) *Κρουόμενον*. Latius hanc metaphoram persequitur Clemens *Protrept.* p. 4, et *Strom.* vi, p. 658, 659 edit. Paris.

(31) *Ἐν κυμβ.* Τίς ὁ ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμὸς ; Ἀλαλαγμὸς ἢ ἐπινίκιος εἴρηται βοή· τοῖς οὖν καθυπερτερήσασιν τῶν σαρκικῶν ἀκαθαρσιῶν ἀκολούθως ἀλαλαγμὸς ἐπακολουθεῖ. Scholiastes in marg. Bod., Reg.

que suis tuba utantur Etrusci, fistula Arcades; Siculi autem instrumentis quæ appellant *πηκτίδας*, Cretenses lyra, Lacedæmonii tibia, cornu Thraces, tympano Ægyptii, et Arabes cymbalo. Uno ergo instrumento, Logo solo pacifico, nos utimur, quo Deum honoramus, non amplius veteri psalterio, et tuba, et tympano, et tibia, quibus mos erat iis qui in bello se exercebant, Deique metum contempserunt, et festivis conventibus in choris uti, ut per ejusmodi modos solutus ac dejectus eorum excitaretur animus. Duplex autem sit nostra in potu benevolentie ergo invitatio, ex lege: ✠ si enim « Diliges Dominum Deum tuum, » deinde « proximum tuum »; » prior quidem, quæ est in Deum benevola invitatio, fiat per gratiarum actionem et psalmodiam: secunda autem, quæ est in proximum, per honestam vitæ consuetudinem: « Logos enim Domini inhabitet in vobis copiose ^b, » dicit Apostolus. Hic autem Logos se accommodat et reddit conformem temporibus, personis, locis. Atque adeo nunc quoque in convivio versatur. Rursus enim subjungit Apostolus: « In omni sapientia docentes, et admonentes vos ipsos psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratia canentes in corde vestro Deo ^c. » Et rursus: « Quidquid feceritis vel in sermone vel in opere, omnia in nomine Domini Jesu, gratias agentes Deo et Patri ejus ^d. » Hæc est gratiosa nostra comessatio. Et si ad lyram, vel citharam canere et psallere noveris, nulla in te cadet reprehensio: Hebræum illum justum regem imitaberis, Deo gratias agentem: « Exsultate, justi, in Domino, rectos decet laudatio (dicit prophetia). Confitemini Domino in cithara, in psalterio decachordo ei psallite. Cantate ei canticum novum ^e. » Nunquid autem decachordum psalterium, Logon, Jesum scilicet, significat, qui manifestatur elemento decalibus? Quemadmodum autem antequam sumamus alimentum, laudare nos convenit factorem universorum: ita etiam in potu nos ei decet psallere, cum ejus creaturarum efficiamur participes: est enim psalmus numerosa et sobria laudatio. « Canticum spirituale ^f, » psalmum dixit Apostolus. Postremo autem antequam nos somnus invadat, pius et sanctus est Deo gratias agere, ut qui ejus benignitatem et gratiam fuerimus consecuti, ita ut cum divino quodam afflatu nos ad somnum conferamus:

✠ P. 194 ED. POTTER. 165 ED. PARIS. ^a Matth. xxii, 37, 39. ^b Coloss. iii, 16. ^c ibidem. ^d Ibid., 17. ^e Psal. xxxii, 1, 2, 5. ^f Eph. v, 19; Coloss. iii, 16.

(52) *Χρῶνται*. De musicis instrumentis, quibus Græci veteres in præliis utebantur, conf. *Archæologia nostræ Græcæ* lib. iii, cap. 9.

(53) *Παλαιῶ*. Hoc est eo, quo in Veteri Testamento Judæi usi fuisse perhibentur.

(54) *Τὰς παν*. Ταῖς Bod. et Pal. dativo casu: unde suspicetur aliquis, inquit Sylb., scriptum fuisse ταῖς πανηγύρεσι, quam quidem lectionem exhibet Reg. eamque genuinam esse probabile est: sensus enim est, musica instrumenta non solum in bello, sed etiam in festivis solemnitatibus adhibita fuisse.

(55) *II*. Articulum omittit Nov. Mox, ὁ γὰρ λόγος ὁ τοῦ Χριστοῦ, Bibl. Vulg.

ἐκκαίοντα, ἢ ἐξαγριαίνοντα τοὺς θυμούς. Χρῶνται (52) γοῦν παρὰ τοὺς πολέμους αὐτῶν, Τυρῶνοι μὲν τῆ σάλπιγγι, Σύριγγι δὲ Ἀρκάδες, Σικελοὶ δὲ πηκτίσιν, καὶ Κρήτες λύρα, καὶ Λακεδαιμόνιοι αὐλῶ, καὶ κέρατι Θρᾶκες, καὶ Αἰγύπτιοι τυμπάνῳ, καὶ Ἀραβες κυμβάλῳ: ἐνὶ δὲ ἄρα ὄργάνῳ, τῷ λόγῳ μόνῳ τῷ εἰρηνικῷ, ἡμεῖς κεχρόμεθα, ὧ γεραίρομεν τὸν Θεόν: οὐκ ἔτι τῷ ψαλτηρίῳ τῷ παλαιῷ (53), καὶ τῆ σάλπιγγι, καὶ τυμπάνῳ, καὶ αὐλῶ, οἷς ἔθος ἦν τοὺς ἐν πολέμῳ ἀσκητὰς, καὶ τοῦ θείου καταπεφρονηκότας φόβου, ἅμα καὶ τὰς πανηγύρεις (54) γεραίροις συγχρῆσθαι, ὡς δὴ τὸ ἐκλυτὸν αὐτῶν τοῦ φρονήματος διὰ τῶν τοιούτων ἐπανίστασθαι ῥυθμῶν. Ἔστω δὲ ἡμῶν ἡ παρὰ πότον φιλοφροσύνη διττῆ, κατὰ τὸν νόμον. Εἰ γὰρ « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, » ἔπειτα « τὸν πλησίον σου: » προτέρα μὲν, ἡ εἰς Θεόν, δι' εὐχαριστίας καὶ ψαλμοδίας γενέσθω φιλοφροσύνη: δευτέρα δὲ, ἡ (55) εἰς τὸν πλησίον διὰ τῆς ὁμιλίας τῆς σεμνῆς: « Ὁ γὰρ Λόγος ὁ τοῦ Κυρίου ἐνοικεῖτω ἐν ὑμῖν πλουσίως, » ὁ Ἀπόστολος φησιν. Ὁ δὲ Λόγος οὗτος συναρμόζεται καὶ συσχηματίζεται καιροῖς, προσώποις, τόποις. Συμποτικὸς δὲ ἔστι νῦν: ἐπιφέρει γὰρ ὁ Ἀπόστολος πάλιν: « Ἐν πάσῃ σοφίᾳ διδάσκοντες καὶ νοουθετοῦντες ἑαυτοὺς ψαλμοῖς, καὶ (56) ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ἐν τῇ χάριτι ἄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Θεῷ: » καὶ πάλιν: « Πᾶν ὃ τι ἂν ποιῆτε ἢ ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ (57), εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ. » Οὗτος ἡμῶν ὁ κῶμος ὁ εὐχάριστος. Κἂν πρὸς κιθάραν ἑβελήσης ἢ λύραν ἄδειν τε καὶ ψάλλειν, μῶμος οὐκ ἔστιν: Ἑβραῖον μιμήσῃ δίκαιον βασιλέα, εὐχάριστον τῷ Θεῷ: « Ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, ἐν τῷ Κυρίῳ: τοῖς εὐθέσι πρόπει αἴνεσις, » φησὶν ἡ προφητεία. « Ἐξομολογεῖσθε (58) τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ. Ἄσατε αὐτῷ ᾠσμα καινόν. » Καὶ μήτι τὸ δεκάχορδον ψαλτήριον τὸν Λόγον, τὸν Ἰησοῦν (59), μηνύει, τῷ στοιχείῳ (40) τῆς δεκάδος φανερούμενον; Ὡς δὲ ἀρμόδιον, πρὶν ἡμεῖς μεταλαβεῖν προφῆς, τῶν συμπάντων εὐλογεῖν τὸν ποιητὴν, οὕτω καὶ παρὰ πότον (41) καθήκει ψάλλειν αὐτῷ τῶν αὐτοῦ μεταλαμβάνοντας κτισμάτων: καὶ γὰρ ὁ ψαλμὸς ἐμμελής ἐστὶν εὐλογία καὶ σώφρων. « Ἠδὴν πνευματικὴν » ὁ Ἀποστόλος εἶρηκε τὸν ψαλμὸν. Ἐπὶ πᾶσι τε, πρὶν ὕπνου λαθεῖν, εὐχαριστεῖν ὅσιον τῷ Θεῷ, τῆς αὐτοῦ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας ἀπολαύσαντας, ὡς καὶ ἐπὶ τὸν ὕπνον ἰέναι

(56) *Ψαλμοῖς κ. Ψαλμοῖς*, ὕμνοις, ᾠδ. absque particulis conjunctivis, Nov. Mox, ἐν χάριτι absque articulo, Bibl. Vulg. Dein, ὑμῶν τῷ Κυρίῳ, Ibid. Paulo post, ἐν λόγῳ absque disjunctiva ἢ. Ib.

(57) *Ἰησοῦ*. Χριστοῦ addunt Bo.l., Reg. Mox, Πατρί δὲ αὐτοῦ, Bibl. Vulg.

(58) *Ἐξομολογεῖσθε*. Fortasse rectius ἐξομολογήσασθε imperat. mod. SVILBURG.

(59) *Τὸν Ἰησοῦν*. Articulum τὸν omittit Nov. Porro Jesum denario numero significari infra dicit *Pædag.* lib. iii, cap. 12. *Strom.* vi, c. 16.

(40) *Τῷ στοιχείῳ*. Τὸ στοιχεῖον Bo.l.; ἢ τὸ στοιχεῖον Reg.

(41) *Παρὰ πότον*. Παρὰ πότῳ Bod.

ἤμας εὐθέως· « Καὶ ἐξομολογήσασθε (42) αὐτῷ ἐν ἁ
 ψαῖς χειλέων, » φησὶν· « ὅτι ἐν προστάγματι αὐτοῦ
 πᾶσα εὐδοκία γίνεται· καὶ οὐκ ἔστιν ἐλάττωσις εἰς
 τὸ σωτήριον αὐτοῦ. » Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς
 Ἑλλησι παρὰ τὰς συμποτικὰς εὐωχίας καὶ τὰς ἐπι-
 ψεκαζούσας κύλικας, Ἑβραϊκῶν κατ' εἰκόνα ψαλμῶν,
 ἄσμα τὸ καλούμενον σχολιὸν (43) ἤθετο, κοινῶς ἀπάν-
 των ἅμα φωνῇ παιανίζόντων, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐν μέρει
 περιελιπτόντων τὰς προπώσεις τῆς ᾠδῆς· οἱ δὲ μου-
 σικώτεροι αὐτῶν καὶ πρὸς λύραν ἤδον. Ἀλλ' αἱ μὲν
 ἐρωτικαὶ μακρὰν ἐβρότειον (44) ᾠδαί· ὕμνοι δὲ
 ἔστων τοῦ Θεοῦ αἱ ᾠδαί· « Αἰνεσάτωσαν, » φησὶ,
 « τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ· ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτη-
 ρίῳ ψαλλάτωσαν (45) αὐτῷ. » Καὶ τίς ὁ ψάλλων χο-
 ρός; αὐτὸ σοι διηγήσεται τὸ Πνεῦμα· « Ἡ αἴνεσις
 αὐτοῦ ἐν Ἐκκλησίᾳ ἁγίων· ἀγαλλιᾶσθωσαν ἐπὶ τῷ βα-
 σίλει αὐτῶν. » Καὶ πάλιν ἐπιφέρει· « Ὅτι εὐδοκεῖ
 Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ. » Καὶ γὰρ ἀρμονίας παρα-
 δικτιὸν τὰς σώφρονας· ἀπωτάτω ὅτι μάλιστα ἐλαύνον-
 τας τῆς ἐβρωμένης ἡμῶν διανοίας, τὰς ὑγρὰς ὄντως
 ἀρμονίας, αἱ περὶ τὰς καμπὰς τῶν φθόγγων κακο-
 τεχνούσαι, εἰς θρόψιν καὶ βωμολοχίαν ἐκδιαίτωνται·
 τὰ δὲ αὐστηρὰ καὶ σωφρονικὰ μέλη ἀποτάσσεται
 ταῖς τῆς μέθης ἀγερωχίαις. Καταλειπτέον οὖν τὰς
 χρωματικὰς ἀρμονίας (46) ταῖς ἀχρῶμοις παροιναῖς,
 καὶ τῇ ἀνθοφορούσῃ καὶ ἑταιρεύσῃ (47) μουσικῇ.

monice, impudenti in vino protervie, floribusque redimitæ et meretriciæ musicæ, sunt relin-
 quendæ.

ΚΕΦ. Ε΄.

Περὶ γέλωτος.

Μιμηλοὺς δὲ ἀνθρώπους γελοίων, μᾶλλον δὲ κατα-
 γελάστων παθῶν, τῆς ἡμετέρας ἐξελαστέον πολιτείας.
 Πάντων γὰρ τῶν λόγων ἀπὸ διανοίας καὶ ἡθους ῥέον-
 των, οὐχ οἷόν τ' ἔστι γελοίους τινὰς προσέσθαι λό-
 γους, μὴ οὐχὶ ἀπὸ γελοίου ἡθους φερομένους. Τὸ γὰρ,
 « Οὐκ ἔστι δένδρον καλὸν, ποιοῦν καρπὸν σαπρὸν· οὐδὲ
 μὴν δένδρον σαπρὸν ποιοῦν καρπὸν καλὸν (48), » κἀν-
 ταῦθα ἀρμοστέον· καρπὸς διανοίας γὰρ ὁ λόγος
 ἔστιν. Εἰ τίνων τοὺς γελωτοποιοὺς ἐξοικιστέον τῆς
 ἡμεδαπῆς πολιτείας, πολλοῦ γε καὶ δεῖ ἡμῖν αὐτοῖς

✠ P. 195 ED. POTTER, 166 ED. PARIS.
 * Ib., 1, 2. ^d Ib., 4. ^e Matth. vii, 18; Luc. vi, 45.

(42) Καὶ ἐξομ. Imperfecte recitat Sirach. xxxix,
 15. Δότε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μεγαλωσύνην. Καὶ ἐξο-
 μολογήσασθε ἐν αἰνέσει αὐτοῦ, ἐν ᾠδαῖς χειλέων καὶ
 ἐν κινύραϊς. Dein c. 48: Ἐν προστάγματι αὐτοῦ πᾶσα
 ἡ εὐδοκία, καὶ οὐκ ἔστιν ὅς ἐλαττώσει τὸ σωτήριον
 αὐτοῦ.

(43) Σκολιόν. Sic nonnulli scribunt: sed melius
 est σχολιον· habet enim hæc vox accentum in ante-
 penult. ut distinguatur ab adjectivo σχολιον, obser-
 vante Eustathio in *Odyss.* II. Porro de scholiis
 conf. *Archæologiæ nostræ Græcæ* lib. iv, cap. 20.

(44) Ἐβρότειον. Ἐβρόντων Nov.

(45) Ψαλλάτωσαν. Scribe ψαλλάτωσαν eum sim-
 plici λ. Sequentem sententiam nonnulli codices
 absque interrogatione exhibent: Καὶ τίς ὁ ψ. χορός,
 αὐτ. « Et quis sit psallens chorus, ipse tibi Spiritus
 narrabit. » Mox, Ἐκκλησίᾳ ἁγίῳ Nov.

(46) Χρωματικὰς ἀρμ. E' musicæ generibus ter-
 tium habebatur « chromaticum, » quod præ molli-
 tate infame erat.

« Et confitemini ei, » inquit, « in canticis labiorum,
 quod in ejus jussu fiat quidquid ei visum 72 est,
 et ad ejus salutare nihil sit neque mancum, neque
 diminutum ^a. » Cæterum apud Græcos quoque vete-
 res, in conviviiis ad comptandum comparatis, et
 rorantibus poculis, ad Hebraicorum psalmorum si-
 militudinem, canticum, quod appellabatur scho-
 lion, canebatur, communiter omnibus voce simul
 pæana clamantibus, et nonnunquam etiam per can-
 tici vices propinationem circumagentibus: qui au-
 tem erant ex eis musicæ ✠ paulo peritiores, etiam
 ad lyram canebant. Verum amatoria quidem pro-
 cul absint cantica: sint autem cantica, Dei laudes:
 « Laudent, » inquit, « nomen ejus in choro, in
 tympano, et psalterio psallant ei ^b. » Et quis est
 chorus, qui psallit? Ipse tibi narrabit Spiritus:
 « Laudatio ejus in Ecclesia sanctorum: exsul-
 tent propter regem ipsorum ^c. » Et rursus subjun-
 git: « Quoniam beneplacitum est Domino in populo
 suo ^d. » Sunt enim admittendæ modestæ et pudicæ
 harmoniæ: contra a forti et nervosa nostra mente
 vere molles harmoniæ amandandæ quam longissi-
 me, quæ improbo flexuum vocis artificio, ad efie-
 minatam mollitiem et scurrilitatem deducunt. Gra-
 ves autem, et pudicæ modulationes ebrietatis pro-
 tertivæ nuntium remittunt. Chromaticæ igitur har-
 moniæ, impudenti in vino protervie et meretriciæ musicæ, sunt relin-
 quendæ.

CAP. V.

De risu.

Ridicularum autem, vel ridendarum potius affe-
 ctionum imitatores, exigendi sunt a nostra repu-
 blica. Cum enim verba omnia a mente et moribus
 emanent, fieri non potest, ut verba aliqua emittan-
 tur ridicula, quæ non procedant a moribus ridicu-
 lis. Illud enim: « Non est arbor bona, quæ facit
 fructus malos: neque arbor mala, quæ facit fructus
 bonos ^e, » hic quoque applicandum est. Sermo
 enim fructus est mentis. Si ergo qui risum movent
 sunt exterminandi a nostra republica, longe absit,

^a Sapient. Sirach. xxxix, 20, 25. ^b Psal. cxliv, 5.

(47) Ἀνθοφορούση καὶ ἑταιρεύση. Apud vete-
 res idem erat ἀνθοφορεῖν, quod ἑταιρεύειν, quod
 meretrices floridis plerumque vestibus uterentur.
 Hinc postea Clemens noster, *Pædag.* lib. iii, cap. 2:
 Ὡς τὸν δραπέτην τὰ στίγματα, οὕτω τὴν μοιχαλίδα
 δείκνυσι τὰ ἀνθίσματα. « Quemadmodum fugitivum
 servum stigmata, sic meretricem floridæ vestes
 arguunt. » Solon lege jussit, τὰς ἑταίρας ἀνθίνα
 φορεῖν, « ut meretrices floridas vestes gestarent, »
 ut refert Artemidorus lib. ii, cap. 5. Quam legem
 Locrensibus imposuit Zaleucus, auctore Diodoro
 Siculo. Eadem apud Syracusanos obtinuit, teste
 Plutarcho apud Athenæum lib. xii, et apud La-
 cedæmonios, ut postea refert Clemens *Pædag.* lib.
 ii, c. 10. Conf. *Archæologiæ nostræ Græcæ* lib. iv,
 c. 12.

(48) Καρπὸν καλόν. Καλὸν καρπὸν Bod., Reg.
 Dein pro ἀρμοστέον Pal. habet ἀρμόσει, « conven-
 niet, quadrabit. » SYLBURG.—Ἀρμόσει. Nov., Reg.,
 Bod. Mox, γὰρ rejiciunt Nov., Reg., Bod.

ut nobis permittamus risum movere. Absurdum enim est, quorum auditores esse prohibitum est, esse eorum imitatores. Multo autem est absurdius, studere ut ipse sis ridiculus, hoc est probris incessendus et irridendus. Si enim nemo e nobis ridiculam figuram suscipere, quemadmodum in pompis videmus nonnullos, sustinuerit, quomodo intereaum hominem magis ridiculam sustinere figuram jure passi fuerimus, idque palam? Quare non debemus sponte ridiculam assumere personam. Et quomodo in verbis esse ei \otimes videri ridiculi operam dabimus, id quod est omnium quæ sunt in homine longe pretiosissimum, nempe sermonem, ludibrio habentes? Ridiculum est ergo hæc exercere, quandoquidem nec hujusmodi ridiculorum hominum sermo dignus est, qui audiatur: cum per ipsa nomina ad turpia facta consuefaciat. Urbane ergo et lepide loquendum est, non autem risus movendus. Quinetiam ipse risus est comprimendus: nam ipse quoque, si quomodo oportet proferatur, præ se fert decorem et honestatem: sin aliter prodeat, indicat intemperantiam. Nam, ut semel dicam, quæcunque sunt naturalia hominibus, ea ab illis minime tollenda sunt, sed eis potius modus et conveniens tempus adhibendum est. Non enim quoniam homo est animal facultate ridendi præditum, ideo perpetuo ridendum est, quandoquidem nec equus, cujus est proprius hinnitus, semper hinnit; sed tanquam animalia ratione prædita, oportet nos apte componere, ut gravitatis severitatem nostræ, nimiumque intensam vehementiam concinne remittamus, non autem inconcinne dissolvamus. Quæ vultus enim, tanquam musici alienius instrumenti, fit per harmoniam decora remissio, appellata est Græce *μειδιάμα*. Ita et

\otimes P. 196 ED. POTTER, 167 ED. PARIS.

(49) *Ἐπιτρέπειν γελωτοποιεῖν*. Epictetus cap. 54: Ἐπίστω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν. « Absit etiam, ut risum moveas. » Et quippe honesto gravique viro indignum judicabant.

(50) *Τὸ*. Abest a Nov.

(51) *Ἀλόγος τοῖος ἀνρ.* Ἀλόγος, τοῖος ἀνρ. Nov.

(52) *Τὸ*. Abest a Bod., Reg. Paulo post, ὃν μὲν δὲ τὸν τρόπον. Ibid. Dein, καὶ ταύτῃ δὲ χωρ. Nov.

(53) *Ἐξ αὐτῶν*. Codex, qui in Novo Collegio asservatur aliud fragmentum exhibet, quo continetur ea quæ sequuntur usque ad hæc verba. in seq. capite, ὀφθαλμῶν παιδαγωγήσεις; αἱ μετὰ.

(54) *Ἡ μὲν γὰρ κ.* A. ante *διάχρσις* interpungit. H. in tertium abhinc versum transfert, legitque, *κιχλιασμὸς καὶ διάχρσις προσαγορεύεται*. Ego *ἐξηγήματα*, seu glossulam, esse puto vocabuli *μειδιάμα*, desumptum ex sequentibus, ubi *διαχρσις* ἡμᾶς significat animum *χαριεντισμῶ* ita « perfundere, » ut vultus quoque *μειδιάματι* renideat. SYLBERG. — Transposita manifeste verba sunt, non aliter quam membra solent in luxato corpore. Cui tamen rei facile occurri potest. Nam quæ tentant viri eruditi, οὐδὲν πρὸς ἔπος. Et certum quidem est τὴν *διάχρσιν* poni in vitio plerumque. Quam cavendum esse et Stoici præcipiunt, et veteres theologî. Et Arnobius in mystica Baubonis historia, de Cerere: « Tum diffusior, » inquit, « facta per risum, aspernatam sumit, atque ebibat potionem. » Cæterum hoc loco restringitur, quia τὸ κόσμος additur. Quare scribe, καθάπερ ὄργάνου κόσμος ἀνεσις καὶ

ἐπιτρέπειν γελωτοποιεῖν (49) ἄτοπον γὰρ, ὃν ἀκροατῆς γενέσθαι κακώλυται, τούτων εὐρίσχεσθαι μιμητάς. Πολλῷ δὲ ἔτι ἀτοπώτερον, γελῶν αὐτὸν σπουδάξειν γενέσθαι, τουτέστιν ἐφύθριστον καὶ καταγέλαστον. Εἰ γὰρ γελῶν σχηματισθῆναι, καθάπερ ἐν ταῖς πομπαῖς ὄρωνται τινες, οὐκ ἂν ὑπομείναιμεν πῶς ἂν εἰκότως τὸν ἐντὸς ἀνθρώπου, ἐπὶ τὸ γελῶν σχηματιζόμενον, ἀνασχοίμεθα, καὶ εἰς τὸ πρόσωπον; Οὐκ οὖν ἐκόντες ἐπὶ τὸ γελῶν μεταστρέψαιμεν ἂν ποτε. Καὶ πῶς ἂν κατὰ τοὺς λόγους ἐπιτηδεύσαιμεν εἶναι τε καὶ φαίνεσθαι γελῶν, τὸ (50) τιμιώτερον πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κτημάτων καταμωκόμενοι, τὸν λόγον; Κλεῦθ μὲν οὖν ἐπιτηδεύειν ταῦτα ἐπεὶ μηδὲ ὁ τῶν γελῶν λόγος τοῖος ἀκροάσει (51) ἄξιος, διὰ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν ἐπὶ τὰ αἰσχροῦ τῶν ἔργων ἐθίζων· χαριεντιστέον τε (52), οὐ γελωτοποιητέον. Ἄλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν γέλωτα ἐπιστομιστέον· καὶ γὰρ αὐτὸ καὶ αὐτὸς, ὃν μὲν δεῖ τρέπον ἐξαγόμενος, ἐμφαίνει κοσμιότητα· μὴ ταύτῃ δὲ χωρῶν, ἀκολασίαν ἐνδείκνυται. Ἀπλῶς γὰρ, ὅποσα φυσικὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ, ταῦτα οὐκ ἀναιραῖν ἐξ αὐτῶν (53) δεῖ· μᾶλλον δὲ μέτρον αὐτοῖς καὶ καιρὸν ἐπιθέσθαι πρέποντα. Οὐ γὰρ ἐπειδὴν γελαστικὸν ζῶν ὁ ἀνθρώπος, γελαστέον τὰ πάντα· ἐπειδὴν οὐδὲ ὁ ἵππος, χρημετιστικὸς ὢν, χρημετίζει τὰ πάντα· ὡς δὲ ζῶν λογικὸς, σφᾶς αὐτοῦς ἀρμοστέον εὐκράτως, τὸ αὐστηρὸν τῆς σπουδῆς ἡμῶν καὶ τὸ ὑπέρτονον χαλῶντας ἐμμελῶς, οὐκ ἐκλύοντας ἐκμελῶς· ἢ μὲν γὰρ καθ' (54) ἀρμονίαν τοῦ προσώπου, καθάπερ ὄργάνου, κόσμος ἀνεσις μειδιάμα κέκληται διάχρσις· οὕτως ἀνακέκληται (55) καὶ πρόσωπον σωφρονούντων ὁ γέλως· ἢ δὲ ἐκμελῆς τοῦ προσώπου ἐκλυσίς, εἰ μὲν ἐπὶ γυναικῶν γίνοιτο, κιχλιασμὸς (56) προσαγορεύεται, γέλως δὲ ἐστὶ πορνικὸς· εἰ δὲ ἐπὶ ἀνδρῶν, καγ-

διάχρσις, μειδιάμα κέκληται. HEINSIUS. — Ego nihil mutandum sentio. Sensus est: « Illa enim vultus lætitia ac diffusio, quæ moderata et harmonica est, veluti decora quædam musici instrumenti remissio, μειδιάμα vocatur. » Vox διάχρσις transposita est: sed ejusmodi verborum transpositiones apud Clementem frequentissima sunt. Qualis illa est principio cap. iv hujus libri: Ὁ μὲν γὰρ ἐστὶ μεθυστικὸς αὐτὸς, ἄλλος ἐρωτικῆς σχεδίας, τῆς ἀθρημονίας, ὁ κόσμος.

(55) *Οὕτως ἀνα*. Sequentia sic fortasse legentur D melius, οὕτως καὶ ἀνα πρόσωπον σωφρονούντων κέκληται ὁ γέλως· ut significet, ejusmodi risum in moderati hominis vultum, etiam absque vitio, cadere. SYLBERG. — Facilior mutatio erit, si pro καὶ scribatur κατὰ, quæ voces sunt maxime εὐμετάβολοι· vel si tantum πρόσωπον mutetur in προσώπων, cui emendationi occasionem præbuit codex Reg. in quo super poster. ο aliquis ω notavit. Sensus est: « Sic vocatur in vultu modestorum hominum, » vel « modestorum etiam vultuum, risus. » Epictetus cap. 45 jubet, γέλωτα μὴ πολλὸν εἶναι, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένον· « risus ne sit multus, nec ob multa, nec effusus. » Ubi Simplicius, explicans quid sit γέλως ἀνειμένος, dicit, ἀλλὰ μειδιάματι μᾶλλον εἰκέναι, ἐν τοῖς γέλωσιν ὀλίγην τὴν παράλλαξιν ἐργαζόμενον. « Sed labiis leviter diductis fieri, ut non magna vultus appareat mutatio, qui μειδιάμα dicitur. »

(56) *Κιχλιασμὸς*. Κιχλιασμὸς Nov. et Fragm. Nov.

γασμός· γέλως ἐστὶν οὗτος μνηστηριώδης, κάξυ-
 θρίζων· «Μωρὸς δὲ ἐν γέλῳτι ἀνοψαί φωνήν αὐτοῦ,»
 φησὶν ἡ Γραφή· «ἀνὴρ δὲ πανοῦργος μόγις ἤσυχῃ
 μειδιάσει.» Φρόνιμον λέγει τὸν πανοῦργον νῦν,
 τὸν (57) ἐναντίως τῷ μωρῷ διακείμενον. Ἄλλ' οὐδ'
 ἔμπαλιν εἶναι δεῖ σκυθρωπὸν, ἀλλὰ σύννου· ἀποδέ-
 χομαι γάρ (58) εὖ μάλα ἐκείνον, προσώποις μειδιῶντα,
 ὃς ἐφαίνετο μειδιῶν βλοσυροῖσι προσώπασι, τὸν τοῖς
 βλοσυροῖς· ἤττον γὰρ ἂν καταγέλαστος ὁ γέλως αὐ-
 τῷ εἴη. Χρῆ δὲ καὶ τὸ μειδίαμα παιδαγωγεῖσθαι· καὶ
 εἰ μὲν ἐπ' αἰσχροῖς εἴη, ἐρυθριῶντας μᾶλλον ἢ μει-
 διῶντας φαίνεσθαι, μὴ συνήδεσθαι διὰ συμπάθειαν
 δοκῶμεν· εἰ δὲ ἐπὶ λυπηροῖς, κατηφεστέρους ἀρμόζει
 βλέπεσθαι, ἢ ἐφ' ἡδέσθαι δοκεῖν· τὸ μὲν γὰρ ἀνθρώπι-
 νον, οὐ λογισμοῦ τεκμήριον (59)· τὸ δὲ ὠμότητος
 ὑπόληψιν ἐνδείκνυται. Οὔτε γὰρ αἰεὶ γελαστέον· ἄμε-
 τρον γάρ· οὔτε πρεσβυτέρων, ἢ πινῶν ἐτέρων
 ἐντροπῆς ἀξίων, παρόντων· εἰ μὴ ἕρα τι αὐτοῖς
 εἰς τὸ διαχεῖαι ἡμᾶς χαριεντίζαιντο. Οὔτε μὲν (60)
 πρὸς τοὺς τυχόντας γελαστέον· οὐδ' ἐν παντὶ
 τόπῳ, οὐδὲ μὲν πᾶσιν, οὐδὲ ἐπὶ πᾶσιν. Μάλιστα γὰρ
 μειρακίοις καὶ γυναιξίν ὄλισθος εἰς διαβολὰς ὁ γέλως
 ἐστίν. Τὸ δὲ καὶ φαίνεσθαι καταπληκτικὸν πόρρωθεν
 τῶν περιόντων (61) ἐστὶ φουγαδευτικόν. Δυνατὴ (62)
 γὰρ ἀποκρούσασθαι τῆς ἀσελγείας τὰς προσβολὰς
 καὶ ἐκ μόνης τῆς προσόψεως ἢ σεμνότης· πάντας (63)
 δὲ, ὡς ἔπος εἶπειν, τοὺς ἀνοήτους ὁ οἶνος (64)

Maxime enim in adolescentulis et mulieribus risus facile ad calumniam trahitur. Rigorem autem præ se ferre eminus, eos, qui accedunt, abigit. Gravitas enim vel solo aspectu petulantia impetus frangere ac reprimere valet. **73** Omnes vero, ut verbo dicam, insipientes vinum

Kal θ' ἀπαλὸν γελάσαι, καὶ ἐργήσασθαι ἀνώγει,
 εἰς μαλακίαν ἐκτρέπων τὸ ἀνδρόγυνον ἦθος· καὶ σκο-

Et ridere jubet molle, et saltare lubenter,
 mores effeminatos convertens ad mollitiem. Est

✱ P. 197 ED. POTTER, 168 ED. PARIS. * Eccli. xxi, 23.

(57) Τόν. Τὸν δέ, Reg., Bod.

(58) Ἀποδέχμαι γ. Α. ἀπ. γ. εὖ μ. ἐκείνον, ὃς ἐφαίνετο μειδιῶν βλοσυροῖσι προσώπασι, ἢ τὸν μὴ βλοσυροῖσι προσώπασι μειδιῶντα. SYLBERG.— Ut sibi constet sententia, cele vocem penultimam, quæ ex loco, qui mox sequitur, adhæsit. Quis enim ἀορίστως dicat, μειδιᾶν προσώποις; At vero μειδιᾶν προσώποις βλοσυροῖς, aut, ut Homerus loquitur, προσώπασι, est βλοσυρῶς μειδιᾶν. Nolo enim in re levi me excruciare, quod fecisse alios video. Studiosus enim aliquis Clementis, cum legisset in hoc loco προσώπασι, quod novum illi videbatur et inusitatum, in margine adnotarat τὸ προσώποις. D
 Exempla rei ejusdem passim in Clemente occurrunt. HEINSIUS.— *Iliad.* K, de Ajace, μειδιῶν βλοσυροῖσι προσώπασι. Ideo dixit προσώποις, deinde verba Homeri usurpans, προσώπασι· in quem locum scribens Eustathius: Σημειῶσαι, ὅτι τὸ μειδιᾶν γέλωτος μὲν ἀσθηρότερον, σκυθρωπότητος δὲ φαιδρότερον. Ita ut permixta sit hilaritas gravitati, nihilque interea de severitate detrahatur, quo minus venerabilis sit, et tamen tristitia vitetur. COLLECT.

(59) Ἀνθρώπινον, οὐ λ. τ. Α. et C. cum Her-velo interprete, ἀνθρωπίνου λογισμοῦ τεκμήριον. « Illud enim est humanæ ratiocinationis indicium. » SYLBERG.

(60) Οὔτε μ. In eandem sententiam Salvianus lib. vi *De providentia Dei*, « Christum, » inquit, « flevisse legimus, risisse nunquam legimus: et hoc utrumque in exemplum pro nobis: quia fletus, compunctio est animæ; risus, corruptio disciplinae.

